



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 39. Protestantes de Synodi decretis, ac securitatis literis conquesti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI., stituti a Deo in tam celso gradu non  
A.C. 1551. „ad privatam ipsorum, sed ad publi-  
„cam omnium utilitatem Demum ad-  
monebantur Episcopi Galliæ officii sui  
erga Summum Pastorem, qui Conci-  
lium indixit, necnon erga collegas  
suos, a quibus eo invitabantur. Per-  
fecto hoc responso Sessioni finis impo-  
nebatur.

## §. XXXIX.

*Protestantes de Synodi decretis, ac  
securitatis literis conquesti.*

**Sarpinus** Postquam hujus Sessionis decreta æ-  
**Conc. Trid.** que, ac promissæ securitatis tabu-  
*l. 4. p. 32.* lœ per Germaniam evulgabantur, ho-  
**Pallav. hist.** rum neutrum Protestantibus placebat,  
**Conc. l. 12.** qui illud pro more suo cachinis exci-  

*p. 8. n. 4.* piebant. Præprimis illis, qui per-  
ceperunt se a Synodo postulasse, ut  
de quatuor tantum articulis audiantur,  
res prorsus mira videbatur, quempiam  
ipsorum nomine tale quidquam deside-  
rare, cum illi in publicis Ordinum Ger-  
maniæ Conventibus, tum scriptis qua-  
quaversum sparsis, toties professi sint,  
quod omnium controversiarum discep-  
tationem requirerent, neque quidquam  
eorum, quæ Tridenti definita erant, ad-  
mitterent, sed ad incudem denuo revo-  
canda censerent. Verum risibus explo-  
dendæ erant illorum querelæ; quippe

Pau-

VII.  
non  
ubli-  
ad-  
ii sui  
onci-  
egas  
Per-  
npo-  
  
ac  
  
a x.  
abu-  
ho-  
bat,  
exc-  
per-  
ut  
atur,  
oiam  
fide-  
Ger-  
qua-  
sint,  
cep-  
uam  
t, ad-  
evo-  
xplor-  
ippe  
Pau-

Paulus III. & ejus Successor toties, Sæcul. XVI.  
necnon oretenus, & calamo, datis ad A.C. 1551.  
Cæsarem literis palam contestati sunt,  
quod articulos jamjam definitos in du-  
bium vocari nullo pacto admittere pos-  
sint: cum id perinde esset, ac si hæreti-  
cis concederent, quod Ecclesia fallere  
posset, & proin hac indulgentia hære-  
ticorum erroribus Pontifices suffragar-  
entur. Præterea post hanc summorum  
Pontificum declarationem etiam Cæsar,  
Ecclesiastici, ac Principes in comitiis  
congregati summis precibus Synodi  
Patres sollicitabant, promittebantque,  
quod universa Germania sele Concilii  
decretis esset submissura: qua enim ra-  
tione Cæsar, ac Ferdinandus ejus Fra-  
ter suos Oratores, atque Episcopos ad  
Synodus allegassent, si quatuor arti-  
culorum examen prorogandum postu-  
lantes existimassent, quod rursus ea,  
quæ sub Paulo III. fuere decisa, exa-  
mini subjicere oportet?

Insuper de ipsis etiam promissæ se- *Psalm. aff.*  
curitatis literis querebantur, caussati, *Conc. Trid.*  
illas esse verbis captiosis conceptas: alii *p. 241. in no-*  
vero dicebant, quod nullo potestatis  
legitimæ signo, nulloque publico sigil-  
lo essent munitæ, ac insuper scriptæ sub  
alia verborum forma, nec exarratæ ad  
tenorem illarum literarum, quas olim  
Bohemis concederant Patres Basileen-

E 3              fes,

Sæcul. XVI fes , minus vero juxta illam formulam,  
A.C. 1551. secundum quam Mauritius Elector pro  
factionis suæ Sociis ejusmodi literas pe-  
tierant. Non deerant alii, qui assere-  
bant, concessam cautionem nil aliud  
continere , nisi quod promiscue omni-  
bus Germanis Synodus accedere, ibi pro-  
ponere , conferre , & de rebus ibidem  
agitatis tam in pleno Patrum Senatu,  
quam per deputatos , oretenus , vel  
calamo , dummodo id fiat absque tu-  
multu , & injuriis , agere permisum  
sit, nec non ipsis integrum sit , libere  
redire , & quandocumque ipsis placue-  
rit , ad sua reverti. Denique quere-  
bantur de hac clausula : *quantum ad ip-*  
*sam Synodum spectat* ; quam Synodus  
studiose bina vice decreto inseruit: Ca-  
villabantur igitur Protestantes , quod  
hæc clausula dolose a Synodo fuerit ad-  
inventa , ut semper locus daretur Pon-  
tifici , salvo Concilii honore , & absque  
ullo Patrum potestati derogandi pericu-  
lo cuncta pro suo arbitrio tentandi ,  
quæcumque suis commodis , ac Synodi  
utilitati congrua existimabit. Verum  
Protestantes nonnisi iniquissimo animo  
de hac clausula querebantur , eo quod  
eam actis publicis inferi , universalis  
consuetudo ferat. (\*)

§. XL

(\*) Psalmæus loc. cit. hæc addit , *Cavillau-*  
*sic est hæretici sibi mala concili.*